eandemq Inscriptionem Donatariam approbat, confirmat, et ratificat: Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sozanski Consorti Reformat & statuet eandem.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus, Nobilis Stephanus Sozanski Nobilis Pauli Sozanski filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Catharinae Kulczycka, Nobilis Iwan Kulczycki Nolczak, cum olim Nobili Kartaria Kulczycka Conthoralis Legitima procreatae filiae, sibi vero Recognoscentis Consorti Legitimae, eiusque Posteris, Summam Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione vera dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae: nec non aliam similem Summam Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione certi, veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summarumque quarumvis pecuniarum: nec non auri, argenti, clenodiorum, unionum margaretarum

1778

vestium, vestimentorum, stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equires ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in posthabendae, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Catharinam Kulczycha sui Recognoscentis Consortem legitimam et ipsius Posteros, eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsis utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi, ilisque quiete et pacifice utifruendi ad usque suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus editarum in Regno Poloniae observari solitarum. Nihilominus isidem Recognoscens Nobilis Stephanus Sozanski, se suosque Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Nobili Iwan Kulczycki Wołczak eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus, supramemoratam Nobilem Catharinam Kulczycha sui Recognoscentis Consortem legitimam cum personali sui assistentia vel in eventu Mortis Successores illius, ad abrenuntiandum e Bonis Paternis et Maternis, eandem in vim Doti et expeditioni legitimae concernens ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum decem Septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaque vel eius Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere. Idque sub Vadiis Summae Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem vel eius Posteros suprascripto Nobili Iwan Kulczycki Wołczak,

sive eius Successoribus ob non statutionem suprascriptae Nobilis Catharinae Kulczycka Consortis suae statuendae vel in eventum Mortis successorum illius, ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio, modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro reliqua principali ex praemissis non completa complenda, citatus existens mediatus Recognoscens Nobilis Stephanus Sozanski, sive illius successores, ad instantiam praefati Nobilis Ioan Kulczycki Woliczan sive eius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque actu ac Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad munimenta et Evictiones, vel aliis quibusvis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea utrarumque Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conven-

noneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non
subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua
praesenti personali Recognitione ad praemissa Acta mediante.

Ciotek Poniatowski & Chylinski mutuo se quietant, ac statuent Consortes.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus
Gnosi Ignatius Ciotek Poniatowski ab una et Petrus
749 Chylinski parte ab altera, sani mentibus et corporibus
existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictioni-
busque suis quibusvis propriis et competentibus rece-
dendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysli-
ensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet se cum
successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus tota-
liter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, pa-
lam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt.
et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi et quidem praefatus Generosus Ignatius Ciotek
Poniatowski, suo et Gnosae Catharinae Szornelowna; Gene-
rosus quoque Petrus Chylinski suo itidem et ~~Generosae~~
Magdalenae Poniatowska Consortium suarum Legitimarum
programmum ratihabitione cavent, ac se praesentibus unani-
bunt nominibus, sese mutuo et invicem, una Pars alte-
ram, cum Posteris utriusque Partis de Intercisa certa
inter se Recognoscentes praefatasque Consortes suas
intercisa certarum rerum et Conditionum in eadem Inter-
cisa contentarum, de Actu et Data ipsius in Bonis Villae
Wierzbna, Die Vigesima Sexta Aprilis Anno Millesimo